in Comitijs Varsavien sancitis et Laudo Terrae Bielscen approbata quo mediante
summa pax et tranquillitas observanda est in Viis Terminis tacti Citat peremptorie
Quia tu in Contemptum securitatis publicae eid Actori Vulnera Coram off Psenti
demonstrata Quinquaginta Marcis pecun taxatis intulisti per quod securitatem
domesticam violasti exindeq poenas eo nomine in Constitutione Regni sancitas
succubuisti ad quas super te decernendas Citatis Judi eis responsures Datum in Curia
Regia Branscen Feria Sexta in Vigilia festi Sancti Joannis Baptistae proxima
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo Cuius quidem Ci
tationis Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Bro
szenski Feria Sexta prox pta in bonis Zimnochy Citati proprijs posuisse
et publicasse recognovit. Memoratus Actor supra scriptum Citatum ad offm Psens
Castren Branscen per Ministerialem Regni Gnlem Nobilem Benedictum Brosenski
iuridice clamatum et non Comparentem in lucro suo pro toto ex Regestri Or
dine ac admissione officij Psentis Judicialiter Condemnavit. Et officium praesens
Castren Capitan Branscen visa et Considerata Citati clamati et non Comparentis
Contumacia et temeritate iuri Communi et partis Actoreae affectationi ac Contentis
Citationis inhaerendo super Pdicto Citato et bonis eius omnibus solutionem taxae
Vulnerum decernit sub poena Banitionis Decreti praesentis Vigore.

R. plebani Kobylinen Lucrum

Super Citationem literalem Castren Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Klocow
Lesznowolski Branscen etc Capitan Vigore Regio et Nra Capitalis authoritate tibi Nobili A
damo olim Adam Mroczek in Krussewo etc heredi ex bonis tuis omnibus mobilibus et immobilibus
mandamus ut in Terminis Judicialibus simul et Querellarum seu offij Judicij Causarum Ca
pitan Castren Branscen feria secunda quae prius vel prima post datam Psentis Citationis
in Curia Regia Branscen celebrabuntur et expedientur personaliter et peremptorie Compa
reas Ad Instantiam Instigatoris Judicij Nri et eius delatoris Admodum Rndi Domini Alberti
Slewarek Grzowski Plebani Kobylinen Decani Bielscen Secretarij Sacrae R Mtis
Qui te Citat Vigore Constitutionis Regni de Judicijs celebrandis sub tempus expeditio
nis et motionis Gnalis bellicae expeditis pro eo Quia tu non vis neq Curas eid Acto
ri iustitiam debitam et Competentem de Nobili Nicolao Mroczek filio tuo qui retia
eiusdem Actoris propria in Valore decem floren pollen in fluvio eiusdem Actoris ad San
ctuarium pertinentes apud famulos pisces capien bonorum Kobylino vi et violenter su
pra fluvium Slina consecavit et in nihilum convertit facere et administrare quam
non administrationem Justitiae taxat sibi Contra ad Quinquaginta Marcas pull vel quae
Judicium decernet Judi eis responsures Datum in Curia Regia Branscen feria se
cunda ante festum Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sex
centesimo Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis Copiam sigillatam Ministerialis
Regni Gnalis Providus Baltazar Piotrowski ab una integra ante Terminum Psen
tem Septimana in bonis Citati proprijs posuit et publicavit. Memoratus Actor
supra scriptum Citatum ad offm Psens Castrense Capitan Branscen per Ministerialem Regni
Gnlem Nobilem Benedictum Brossenski iuridice clamatum et non Comparentem in lucro
suo pro toto ex Regestri ordine admissioneq officij Psentis Judicialiter Condemnavit
Et offm Psens Castren Capitan Branscen visa et Considerata Citati clamati et non

Comparen contumacia et temeritati iuri communi et partis Actoreae affectationi ac Contentis Citationis inhaerendo sup praedicto Citato et bonis eius omnibus solutionem taxae Damnorum decernit sub poena Bannitionis Decreti praesentis vigore.

Szepietowskiey Lucrum

Super Citationem literalem Castren Bransceñ tenoris talis Franciscus cū Klogow Lesznowolski Bransceñ etc Capitaneus Tibi Nli Mathiae filio Stanislai Szczepietowski de persona bonisque tuis omnibus vigore Regio et Nrā Capitan Authoritate mandamus vt in Judicijs vigore Constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi vigesimi Primi sub tempus motionis Generalis bellicae de securitate domestica sancitae feria secunda post Datam praesentis Citationis proxima in Curia Regia Bransceñ cellebrandis personaliter et peremptorie Compareas Ad Instan Instigatoris Judicij Nri et ipsius delatricis Nobilis Barbarae filiae olim Christophori Szczepietowski Consortis relictae olim Stanislai Kamienski de Szczepietowo. Quae te cum Mariti sui a(?) inherendo Constitutioni Anni Millesimi Sexcentesimi 21 de securitate domestica sancitae et in Conventu Gnali Varsavien reassumptae in vim termini tacti peremptorie Citat pro eo Quia tu in Contemptum legum publicarum securitatisque domesticae quae sub hoc tempus motionis generalis bellicae quo summa pax et tranquillitas observanda est Non iis neque Curas Justitiam debitam et Competentem de Nobili Catherina filia olim Dni Chmorydlo Consorte tua Quae eius Actrici sub hoc tempus motion generalis bellicae intulit vulnera quae ipsa taxat sibi ad Centum Marcas grossorum polon per egredi poenae legum eo nomine sancitae succubuisti ad quas super te et bonis tuis omnibus decernendas vna cum solutione vulnerum Citans Judex tibi responsurus Datum in Curia Regia Bransceñ feria secunda ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis Copiam sigillatam Mintis Regni Generalis ab vna integra ante terminum praesentem septimana in bonis Citati proprijs posuisse et publicasse recognovit. Memorata pars Actorea supra Citatam nominatam partem per Mintem Regni Gnalem Nlem Benedictum Wrozenski ad officium praesens Castren Capitan Bransceñ iuridice clamatam et non Comparentem in loco suo pro toto ex Regestri Ordine ac admissione offij praesentis Judicialiter Condemnavit. Et officium praesens Castren Capitan Bransceñ Visa et Considerata Citati clamati et non Comparentis Contumacia et temeritate iuri Communi et partis Actoreae affectationi ac Contentis Citationis inherendo super praedicto Citato et bonis eius omnibus poenas legum vel Infamiae vna cum solutione vulnerum decernit sub poena Bannitionis Decreti praesentis vigore.

Bankowski Lucrum

Super Citationem literalem Castren Bransceñ tenoris talis Franciscus seu Joannes in Klogow Lesznowolski Bransceñ etc Capitaneus vigore Regio et Nrā Capitaneali qua hac in parte fungemur authoritate Tibi Nli Marciano Komorowski et Blasio famulo tuo de Sakowiez Bankowski tanquam impossessionato si quidem de possessione tua fixa nihil nobis et parti Cui interest certi Constat de persona ac bonis tuis omnibus mobilibus et immobilibus Mandamus vt in Judicijs Nris vigore Constitution Anni Millesimi